

Aduertencias para

ad fratres nu. 14. Et Collector Compendij se-  
cunde impressionis, verbo, Absolutio ordi-  
naria quo ad fratres, nu. 18. referunt conces-  
sionem quandam Alexandri. 6. factam Genera-  
li, & Prouincialibus, & Custodibus Ordinis  
Minorum Observantiae ultra Montanis, qua  
eis concessit plenarie facultatem & auctori-  
tatem: ut quoscunq; subditos suos [ fratres vi-  
delicet, & moniales sanctae Clare: ac utrius-  
q; sexus tertiarios, de poenitentia nuncupatos ]  
inuenierint in aliquo Heresis, vel Apostasiae  
crimine lapsos, etiam si sint relapsi, possint  
eos absolvere, & cum eis dispensare, nec non  
praefatorum relapsorum penas a iure institu-  
tas commutare, pensatis qualitate & quantita-  
te, aliisque debitis circumstantiis, augendo, ag-  
grauando, vel diminuendo, toties, quoties o-  
pus fuerit, & prout secundum Deum viderint  
expedire: dummodo talium relapsorum cri-  
mina publica, & notoria apud seculares non  
sint, ut ex hoc scandalum oriri possit. Verum  
aduertunt praedicti priuilegiorum Collectores  
quod cum isti casus sint de contentis in Bulla  
Cene Dni, quae Bulla quolibet anno renouat,  
quod praedicta concessio iam est reuocata. Et  
idem dicendum de similibus concessionibus, quibus